



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola,  
Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

10. Septembris. Contra quotidianas dæmonis insidias par est, quotidianas statis horis agere vigilias, in se descendere, dicta omnia, facta, & cegitatus coram Deo diligentissimè reputare. S. Ignat. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

※ (256) ※

Quis adeò impudens? ut Judicis benignitate non moveatur, dum pœnæ, quam merebatur, loco, clementiam experitur errori dolorem & ipse substituet; quid pluribus opus?

Mansuetudine correctionis rei amorem Judex promeretur. sicut proinde, ut errores vitet, ne amato displiceat. Hac nulla certior est vitiorum extirpatio.

## IO. Septembris.

*Contra quotidianas dæmonis insidias parere, quotidianas statim horis agere vigilias, in se descendere, dicta omnia, facta, cegitatus coram Deo diligentissime repare. S. Ignat. apud Lyr. l. 2, c. 6.*

**Q**Uotidianâ olitoris diligentia egredi hortus, ut in suo decore conservetur; si non observentur in dies areolæ, lolia brevi pro floribus, zizania pro fructibus alieni.

Non satis est, bonum semen seminasse, nisi inutiles extirpentur herbae; prima spes omnis in herba interibit, suffocabitur à nocte. Labor sine diligentia parum prodest.

Hostis noster semper vigilat in mala nostra indefessus, id maximè tempus obseruat, quo minimè observatur. Clanculum sua

sua spargit semina , ut non pateant , nisi  
oculo valde perspicaci. Quas vigilia tanta  
vigilias petit ?

Si dormis , malè thesaurum tibi credi-  
tum custodis ; innocentia tua gemma est,  
cui orcus insidiatur. Nullis parcendum est  
vigiliis, ut servetur ; hac tu monetâ cœlum  
emes, quò nulla securior viâ lacteâ.

## II. Septembris.

*Si quid in crastinum per te sponsum sit , id  
hodierno potius persolvatur , quam differ-  
ratur. S. Ignat apud Orlandin. l. 3. c. 49.*

**L**ibertate nihil pretiosius; quam diu de-  
bes, ligatus es, grave hoc vinculum, &  
captivitate corporis nihil minus mole-  
stum. Non promitte proinde, nisi ea, quæ  
celerrimè præstare possis.

Facilis, & justo liberalior missio exi-  
guæ prudentiæ partus est. Pericolo fidem  
exponit, qui non considerat, quanta pro-  
missi executioni obstare possint, ne, si hæc  
deficiat, vacillet illa.

Celer executio geminat favorem , fir-  
mat fidem, liberat sollicitudine, danti me-  
lior, & accipienti : huic, ut conceptâ spe,  
illi , ut contractâ obligatione celerius ab-  
solvatur.

Si